

Tacola maximam diem habet horarum æquinoctialium $12 \frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. $6 \frac{3}{4}$. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus $79 \frac{1}{2}$.

Zabæ maximam diem habet horarum $12 \frac{1}{4}$ & aliquid plus. Distatq; ab Alexandria uersus ortum hor. $7 \frac{1}{2}$. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus $78 \frac{1}{2}$.

Tolosa maximam diem habet horarum $13 \frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 6 . Hic autem sol semel in anno fit supra uerticem, in ipso tropico æstiuo.

Tugma maximam diem habet horarum $13 \frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hora. $6 \frac{1}{2}$. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus $18 \frac{1}{4}$.

Trilingum maximam diem habet horarum 13 cum octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis $6 \frac{1}{4}$. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus $39 \frac{1}{2}$.

Marcura maximam diem habet horarum $12 \frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. $6 \frac{1}{2}$. Hic sol bis in anno fit supra uerticem, distans ab utraq; parte à tropico æstiuo gradibus 57 & quinta parte.

Randamarcota maximam diem habet horarum $13 \frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. $7 \frac{1}{2}$ ferè.

Metropolis Argire in Iabadij insula maximam diem habet horarum $12 \frac{1}{2}$. Distatq; ab Alexandria uersus ortum, australi polo super terram eleuato, hor. 7 & octaua parte. Hic quoque sol bis in anno super uerticem fit, distans à tropico hyemali ex utraq; parte partes $68 \frac{1}{2}$.

Sinarum ciuitates insigniores

In Sinis Aspithra maximam diem habet horarum 13 . Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. $7 \frac{3}{4}$. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus $45 \frac{1}{2}$.

Sinæ Metropolis maximam diem habet horarum $12 \frac{3}{4}$ cum octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 8 ferè. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, quum distat à tropico hyberno ab utraq; parte gradibus. $82 \frac{1}{2}$.

Cattigara statio maximam diem habet horarum $12 \frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria polo australi super terram elato ad ortum hora. $7 \frac{1}{2}$. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem,

distans à tropico hyberno ab utraq; parte gradibus $78 \frac{1}{4}$.

Tabula XII.



SI Æ tabula duodecima continet Taprobanam insulam, cum cæteris insulis circa ipsam. Parallelus medius ipsius, rationem habet ad meridianum eandem.

Circundatur autem tabula

Ab utraq; parte Indico pelago.

Insignes insulæ ciuitates

Talacori emporium maximam diem habet horarum æquinoctialium $12 \frac{3}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis $4 \frac{1}{2}$ & quinta parte. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, quum distat à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus $59 \frac{1}{2}$.

Agadiba maximam diem habet horarum. $12 \frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis $4 \frac{1}{2}$ & decima parte. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, quum distat ab æstiuo tropico ab utraq; parte gradibus $68 \frac{1}{2}$.

Maagrammum Metropolis maiorem diem habet horarum $12 \frac{1}{2}$ ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis $4 \frac{1}{2}$ ferè. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, quum distat à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus $71 \frac{1}{2}$ & quinta parte.